

**Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali**

**Hufeland, Gottlieb**

**Jenae, 1799**

**VD18 12256064**

§. 26. β) Si contra alium.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-8845**

ceptionem ordinariam, tum circa acceptationem in honorem cambii siye debitoris cujusdam cambialis factam simili modo obtinent.

§. 26.

β) *Si contra alium.*

Alia vero rerum ratio existit, si non contra acceptantem, sed contra alium, trassantem scilicet siye indossantem quendam, actionem cambialem ex non facta solutione intendas. Nulla enim tunc actio nata est, nisi ex facto tertii omisso, id est ex solutione non praestita. Apparet igitur, hoc prae ceteris probandum esse, idque, uti ex anterioribus patet, non nisi protestatione cambiali. Et quidem omnino idem obtinet, siye trassatus siye alius, a quo acceptatio per literas commendatitias (§. 19.) petita sit, quique exinde acceptavit, \*) siye porro ipse acceptans siye acceptantis heredes solutionem detrectent. \*\*)

§. 27.

γ) *Si in honorem cambii acceptans non solvat.*

Evenit autem interdum, ut post consignationem protestationis ex denegata acceptatione per trassatum facta subortae alius quidam in honorem cambii acceptet. Quaeritur nunc, si et is, qui interveniendo acceptavit, tempore convento non solvat, an denuo sit protestatio inferenda? Dubitant auctores. \*\*\*) Jubent protestationem du-

\*) Allg. pr. L.R. P. II. §. 1112.

\*\*) Allg. preuß. Landr. P. II. §. 1108, 1110.

\*\*\*) Püschmann §. 119.

D

